



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XI. Christus contristatur & iubet suos orare, & vigilare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

DE PASSIONE CHRISTI 291
CAPVT XI.

Christus contristatur, & iubet suos orare,
& vigilare.

PROPHETIAE. Psalm. 6. 3. *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum; sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?* Psalm. 54. 5. 6. *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae.* Psalm. 68. 1. *Saluum me fac Deus: quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam.* Psalm. 87. 4. *Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit.* Psalm. 114. 3. *Circumdederunt me dolores mortis; & pericula inferni inuenerunt me.* Isai. 1. 5. 6. *Super quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem? omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque foeta oleo.*

VERITAS. Matth. 26. 37. 38. *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedaei, coepit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: iristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic, & vigilate mecum.* Marc. 14. 33. 34. *Et assumpsit Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum, & coepit pauere, & cadere. Et ait illis*

T 2

illis

illis; tristis est anima mea usq³ ad mortem, suscipite hunc, & vigilate. Luc. 22. 40. Et cum permississet ad locum, dixit illis: orate ne intretis in temptationem.

CAPVT XII.

Christus orat in horto.

FIGVRAE. I. Iacob & si obuios habuerit angelos, ad occursum tamen Esau fratris sui confugit ad orationem. Genes. 32. I. Iacob quoq³ abiit in itinere quo cœperat: fueruntq³ ei obuii Angeli Dei. Veri. 7. Timuit Iacob valde & perterritus dimisit populum qui secum erat, greges quoq³ & oves, & boues, & camelos in duas turmas. Veri. II. Erue me de manu fratris mei Esau: quia vultu eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis.

2. Salomon in dedicatione Ecclesie oraturus ante altare Domini, in conspectu ecclesie Israël expandit manus suas in cælum. 3. Reg. 8. 22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesie Israël, & expandit manus suas in cælum. 2. Par. 6. 12. Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniversa multitudinis Israël, & extendit manus suas.

3. Iosaphat intelligens aduentum magni exercitus Moabitarum & Ammonitarum contulit se ad orandum Dominum contra eos. 2. Par. 20. 1. 2. 3.

4. Etc.